

nincs: inkább maradjon az végképp eltemetve bennem, mintsem papirosra írva (verba volant, scripta manent) itt szélnek ereszsem

Névnapi gyönyörű köszöntőversedért vedd forró köszönetem. Egy szavadon kívül, egy betűig klasszikai műnek találtam azt. Egy herélt szavad az s én az illy féltőkű, félb . . . ből eredt szókat ki nem állhatom; azért rá im ezt a verset rögtönöztem.

Fent az égen járó Nap dicső sugára
Ugy szép ha ragyogó s nem csupán ragy'gó az;
De ha Nálad, ami lötyög a Hód¹ szára
Közt lötygő, így és úgy vele szégyent vállalsz.

Egészségem olyan, mint előbb; az az minővel be kell érni egy 82 éves embernek. Járok kelek; de már hamar kifáradok, érzem hogy inaim gyengülnek, és hogy semmi sem járja már úgy nálam, mint régen; majd itt, majd ott hibázik valami — csak étvágyom jó folyvást s utánna képem színe is, olly egészséges, a millyen fiatal koromban sem volt; azért a kivel csak találkozom, mind ezzel gratulál s azt hiszi, ilyen pofával 100 évet is érhetek még. Én meg gondolom magamban: Nocsak beszéljetek; én tudom, mint vagyok — sz . . om én már az illyen életre

Egy előre ennyit — rövid időn többet. Öllelek legforóbb öleléssel
végig hű szerető feled
Fábián Gábor.
LÉVAY JÓZSEF.

RÉVAI MIKLÓS LEVELEI PAINTNER MIHÁLYHOZ.

— Tizedik közlemény. —

81.

Nicolaus Michaeli Suo S.

Dréta noster tradidit mihi suauissimas tuas literas; quem doleo sine meis domum rediisse. Narrauerit, puto, meas tum occupationes; ob quas ad te scribere non potui. Iucunde pransi sumus, tui cumprimis memores. Takátsium nostrum habui etiam auditorem prolusionis meae, ipso festo die S. Martini. Amicum nostrum, diem nominis celebrantem, a meridie potui adire; qui dictam sibi salutem reddit cumulatissimam. Tu immortaliter, de me, rebusque meis mereris. Non modo recte, sed etiam amicissime egisti de subsidio, mihi a Majlatho, si fieri posset, impetrando. Tua quidem praeclara voluntate valde oblector. Si nihil obtinemus, te bona mente, etsi non pari successu, rem tamen fecisse gratissimam, semper gratus recordabor. Illius vitio meritum tuum nunquam minuetur. Si quidquam mittere voluisset, habuit Virum cui id concedere potuisset. Praelatum Somogyium; quocum de me saepius locutus fuisse memoratur. Hinc tamen non ita succenseo, uti Archiabhati

¹ *Hód*; aequivocum: a) »Castor« mellynek két hátulsó lába közül kerül a dámáknak olly kedves illatu *Castoreum*, vagy pézsma, b) *Luna*→Hó(l)d; « jelesen itt, ellentétben a Nappal.

iam plane indignor. Data sunt promissa magnis testibus, in his Somogyio status Consiliario; qui mihi iam gratulatus est de pingui carminum remuneratione: praesentem egestatem meam satis intellexit et ex Wolfgango nostro, et ex Praelato Somogyio, nouissimo oratore meo: sed ille immemor, et surdus est, nec ego saturor, verum macer maneo. Contemno hominem, et uillis animi donum iam respuo. Deus prouidebit angustis rebus meis. Nunc de opere, quod coepi, continuando, et ad finem deducendo, agamus potius. Qui cito dat, bis dat. Sic ego prompto tuo auxilio duplo sum recreatus. Utinam te sequantur Canonici Veszprimienses! Jam adhaereo in editione. Interserenda esset loco suo dedicatio secunda, praemittenda primam principio, ut continuari possint reliqua; sed hoc agere prohibeor tardatione Virorum uel dimidiati Maecenates, ut esse uelint, tam diu consultant, tam sero deliberant: Si praeuides nihil futurum, obsecro te, fac me de eo quantocius certior: ut aliam meam maturandae editionis rationem. Schedius in postremo Scripto suo Periodico fecit, et tui, et mei mentionem honorificentissimam, fere ad inuidiam. Is te salutatur cum Schönuisnero, Schwartznero, Trenka, et Kelemenio. Obrueris proxime et Schafrathi epistola. Rajnisium non moror. Scio, quibus rebus putet se offensum in hoc opere. Tuto me petat, et impetat: stabo ut rupes, nil rescribam. Fortasse discipuli mei pugnabunt pro me. Ego rixis modo inuolui nolo; sed etiamsi vellem, non mihi vacat; restant alia, multo utiliora, quae promere debeo; me ab his auocari non sinam. Valetudo mea in dies est confirmatior. Aeternas habeo gratias meo Szombathio. Amice! idem est hic Szombathius, qui et te curauit in Gedelõ. Iucunda illi fuit tua eius memoria. Aesculapius Apollinis fuit filius. Hunc meum Aesculapium eiusdem Apollinis filium dixi multo digniorem: quod Patrem suum Apollinem, et medendi arte, et elegantiorum literarum studio, pariter imitetur, (strepitu) feliciterque referat. Meditor monumentum quodpiam ponere Viro Optime de me merito, fortasse etiam de Patria, me illi restituto. Saluto Theresiam tuam. Takátsium nostrum deosculator. Curas rem meam pro viribus grauius, nullus dubito. Noui amicum eius animum, et veterem, et recentem. Ama me tui amatissimum, et vale.

Pestini, die 20. Novembris, 1803.

82.

Nicolaus Michaeli suo Salutem Pl.

Iam audieris, puto, Canonicorum munificentiam. Singuli ducentos florenos destinarunt. Verum est, me primum Takátsio tantillum saltem subsidium urgendum proposuisse. Sed posteaquam Zsolnaum mecum loquentem audiuisset de spe maioris liberalitatis; putabam fore, ut huius exemplo et alii aliquanto largius conferant. Eo animatus misi supplicem libellum. *Deo gratias!* Et hoc beneficii loco est. Modo non mihi frangeretur in minores partes, interiecta mora transmittendas, vel hoc dimidiatum subsidium, pro quo ego integram reddo gloriam apud posteritatem. Hoc facto quam res meae male misceantur, intelligere potes

ex epistola mea hic acclusa. Eam perlectam, rogo te, obsignes sigillo tuo, et transmittas Takátsio nostro. Quanta tua fuit erga me humanitas! Credidisti pretium impressionis; non curasti inuestigari, tantum ne sit reuera, ut hi Maecenates dimidiati fecerunt. Perorasti pro me, ut pecuniam leuare possem pro dimidia solutione anticipata, hancque iuivisti ipse, dato 60 florenorum subsidio. Deinde opere nondum perfecto, ut alterum dimidium solutionis explere possim, mature remisisti pecuniam ampliorem; ex qua mihi esset plena animi tranquillitas. Deus te servet diu incolumem, et florentem. Scripsi hodie Tothio nostro. Indignor Archiabbi: qui debitum mihi praemium pro Sacro Monte Pannoniae, ingenti promissum strepitu, nondum misit, tanto licet tempore. Subtrahit mihi subsidium, quo nunc indigeo quam maxime, in isto foeneratorum crudeli nido. Vix tolero vitam, ob insana rerum omnium pretia. Iniquissime cessit mihi labor iste; nefasta versificatio, vel carnificina! Brutum pecus fuit obiectum, sed quod laudare non potui. Laudavi ordinem. Quid me ab hoc monstro adeo abhorrentem fecerit, hic habes acclusum. Conserva monumentum favoris, quam sum expectus ego homo literatus, indefessus, et perpetuus in ornanda patria, sed recentiora vide. Propter hoc opus meum, communi in Benedictinos invidia, undique impetitus fui, recente adhuc memoria: cur illis carmen scripsi, paniperdis, montanis asinis? Annales Litteraturae Austriae infami me censura notarunt. Dum editio curabatur, dispendium passus sum 25 florenorum. Ad cumulum horum accedit inhumana Bruti avaritia. Sed mittamus haec. Effudi dolorem in sinum tuum, ut mihi levius sit. Ama me tuum, et vale. Pest. 28. Nov. 1803.

83.

Nicolaus Michaeli suo salutem.

Iustissimam habes facti tui voluptatem. Quibuscunque narro Veszprimiensium Canonicorum liberalitatem, ultro omnes eam, tibi, et tuo exemplo tribuunt, laudant aemulationem, Ego rem strenue urgeo. Trattner mihi duos Collectores ordinavit. Voluminis Primi Tomus Primus iam feliciter prodiit; Tomus nunc Secundus cuditur, et is quoque proxime terminabitur. Voluminis Secundi uterque Tomus deproperabitur postea: ut ante Pascha totum Opus absolutum sit. Brevi spargam Novum Nuntium: Tomos priores, quibus collibueris, iam emi posse; ea nihilominus conditione, ut una et pro Tomis posterioribus pecuniam praenumerent. Spero hac ratione sumtuum summam alteram satis collectam iri. Dum calet ferrum, cudendum est. Immortaliter valeo, quasi renatus. Szombathius, sospitator meus, reddit salutem, unum gaudes de tua sui memoria. Imminentis Anni Novi, et auspiciam, et decursum, precor tibi faustum, et fortunatum. Brevi plura. Nunc valde occupor. Vale. Theresiam saluto 24. Dec. 1803. Pestini. Illustrissimus Episcopus Zsolnai pecuniam, maturandae editioni consecratam, mihi, ipso nominis mei die, per Bajzathum numerandam curavit. Deus illi retribuatur hanc beneficentiam! Spero, iam nec reliqui tardabunt. Dedicacionem, uti svasisti, paravi stylo lapidari. Mitto excusa exemplaria, ut videas, quae facta sint.

84.

Nicolaus svavissimo Michaeli suo S.

Cuperem rerum, cum praesens nequeam, saltem per literas, et frequentius, et prolixius confabulari. Nihil est mihi iucundius tua familiaritate, nihil svavius tuo colloquio. Sed cumulatae occupationes meae eripiunt mihi vel hanc oblectationem, ex mutuis literis capiendam. Ita obruor propriis, ita etiam alienis distrahor negotiis, quae mihi maiore auctoritate, et varia necessitudine imponuntur: ut ipse mirer me, et somno brevisimo, et nulla cessatione interposita, posse tamen sufficere laboribus perpetuis.

Tanto maius exerior Szombathii meritum de restituta valetudine mea. Vir immortalis, non me aegrotum curavit, sed perditum nova creatione recentissimum restituit mihi ipsi, amicis, et Patriae. Quae mihi in mandatis dedisti, transigenda cum Schedio, et de comparando Schwartnero: curabo nunc denuo, et urgebo, efficacius. Scire percipis Patroni sententiam. Illam mihi Vienna perscriptam ab amico Frayo tecum lubens communico. Lakitsnak sok védői vagynak; de Sark — — — nem nagy barátja. Sokat tudott meg felőle azóta, hogy sarkára kezdettek lépni. Ő tsak azért javaslotta az Universitas Typographiáját, mivel nem reménylette, hogy annyi jóakaróid legyenek, a kiknek segedelmekkel kiadhatnád munkádat. Bátorság kedvéért javasolta tehát, és most már megnyugszik. Tsak az Ur Isten mentsen meg. Édes Miklósom! mindenk jól fognak menni. Mi mellitissime Michael! fruere et tu iustissimo solatio tuo. Quiqui vident conatus meos, vident autem multi, omnes isti laudant et Veszprimiensium munificentiam, et *ultra re una voce proclamant, ad coelos usque attolunt primum protectorem*, et alios tam exemplo suo, quam interpellatione pertrahentem amicum optimum, literaturae patriae amantissimum. Ira illis luculenta sunt omnia ex rerum nexu, et decursu. Habes et ex eo voluptatem certe non mediocrem: quod eum videas Veszprimii Canonicum, quem iam in ipso contentionum exordio futurum praedixisti, Fratrem tuum in Ignatio, etiam nostrum, ut puto, in Calasactio, per eius Fratrem, Rectorem Claudiopolitanum, Ludovicum Farkas, Virum Egregium. Rostium bis vidi, mihi forte obvium, et mecum longius colloquentem. Viennam parat. Hodie intellexi etiam Kapuvarium hic esse. Doleo mihi tempus non suppetere, ut ipsos invisam. Utinam et pro me, homine laborioso, bonus aliquis intercessor vadimonium praestaret apud Priorem Zirtensem! Est certe et mea crumena misere perforata, crudeli avaritia quaeistorum, usurariorum Pestinensium. Inquillinorum Judeorum contagione ita omnes infecti sunt; ut ipsi Judaei mitius laborent morbo suo, isti vero ad extremam insaniam. Vix tolero vitam: adeo exaggerata sunt rerum omnium pretia. Sed Prior, Vir optimus, succurrere posset mihi vel sine vadimonia, unice patriae literaturae amore. Obtulit ille mihi ducentos florenos, sed conditione non bona, quam dedignabar usque ad indignationem, ob quam et tu me obiurgasti: ut, contra conscientiam agerem, et linguae nostrae detectam magna labore puritatem, placendi studio, cum reliquis ignorantibus, vitialem, fieremque ex linguae nostrae

vindice strenuo agnitae veritatis vilis impugnator. Disputationis argumentum attingo breviter Propositione XII. Pag. 9. et 27. inter eas, Tentamini subiectas, Auditores mei publice probabunt 6. Martii. Praesentes vos cuperem in hoc periculo. Sed legetis eam disceptationem, ad evidentiam evolutam, in Tomo III. qui nunc sub praelo est. Svavissimus Dreta noster, mutata sententia, amabit me potius, constantiamque meam eo pronius remunerabitur, quo est et ipse cupidior puritatis Hungaricae. Ego linguam nostram castissimam contendo exhibere indefesso labore meo; qualis est genuina indole, et natura sua. Nihil affingo ex meo: quae promo, ex eius adytis profero. Haec sacra erunt vobis, et gratissima ut me contra avaritiam Judaicae Civitatis¹ vestra liberalitate tantò efficacius defendatis. Secus deficiam; et, abiecta ingratiissima scribendi cura, dedam me commercio; fiam Judeus, in tanta occasione, ut quidam Professores nostri, in tuis quam maxime Revitzkius: qui non eget, sed facit, alios egentes, iniquissima pressione. Hic, quomodo et me vexaverit, narrabo praesens. Laudo te, Svavissime Michael! de constantia muneris sanctissimi. Nihil audivi. Sed si audivissem etiam, rumorem malignum repressissem illico. Novi animum tuum altiozem vexationibus homuncionum, quos virtute tua semper cum gloria proterer.

Ex antiquitatibus impressa sunt 1000 exemplaria, totidem ex Grammatica. Sumtus in illas impensi sunt: pro Typographi opera fl. 511, xr 30, pro tabella aenea fl. 25, pro huius impressione fl. 13, universim fl. 549 xr. 30, Typographo pro philyra una in 1000 exemplaribus solvere debeo fl. 22. Idem contractus est in Grammatica. Huius Tomus I. constat fl. 493, Tomus II, fl. 341. Uterque ergo fl. 834. Accedunt Nuncia in exemplaribus 4000; Horum propagatio per Noua Viennensia, et Budensia; Donatia collectoribus, Impressoribus et Bajulis; Donatia Patronis, Amicis, Eruditis, in exemplaribus compactis, et crudis. Prior, et posterior editio, his titulis, rapuit mihi florenos 300. Habes ergo impensas meas florenorum 1683. Quanta autem lucra? Sed satis lucri dabit utilitas publica, et gloria inde redundatura. De e mellett elsoványkodom, úgye bizony? Jó a Zirtzi Prior, a kit igen tisztelek. Amico meo Khorio dedi nomine tuo exemplar in compactura Gallica. Tradidi eidem et alia duo exemplaria Sabariam transmittenda: alterum Nagyio, alterum Ölbeio. Nihil isti rescribunt. Khorii fidem in dubium non voco: suspicor istorum indignationem. Nam alter horum invidit ubi carmina mea, tanto magis hanc *dedicationem*. Sed cur illi non sequuntur tuam etiam munificentiam?² Hoc reposui alteri mecum Viennae expositulanti. Stentorem nosse cupis. Grande Brutum, est is Batsányius, Portentum Ingenii! Sic ipsum miratur vel Schedius noster. Gratulor tibi de honore a Principe Eszterhazio tam amoene facto. Utinam et mihi amoenus esse posset! Speravi aliquid per Görögium; sed hoc iam evanuit. Thereciam, mei memorem, amicissime saluto, et optime valere cupio. Vale, et me ama. Pest, 3. Martii 1804.

¹ Révay akkor már zsidó városnak mondja Budapestet.

² Ismét a Paintnernek való ajánlást erősíti meg.

85.

Nicolaus Michaeli suo Salutem.

Moerore tuo moereo, vere ex animo. Scio enim, quam fidam animulam, quantam rerum tuarum adiutricem amiseris. Sed quando mortalis est origo nostra, conquiescere debemus in lege aeterna. Et vocamur et nos. Praeunt amici, ut meus nuper condiscipulus svavissimus: Pater Sigismundus Darabos, Budae Superior Castrensis, Vir singularis exempli, praeunt, inquam amici nostri, et longam hanc viam reddunt nobis faciliorem: dum discessu suo hunc orbem faciunt sensim nobis minus gratum, ut ab eo divelli iam non aegre feramus, imo optemus potius. Interea, dum licet, comparemus nobis bona viatica, egregia in terris merita, et praemia his in coelis destinata; quae nunc Theresiam manent, immortalem vel testamento suo. Cum voluptate intelligo te pronum esse ad pistrinum Jaurinense. Dulcis est haec occupatio amore boni communis. Laudo operam tuam, quam es tam libenter nauaturus Fratribus Zirtzensibus. Deus te confirmet! Sed lente festina. Haerent Benedictini, quia repente inchoarunt. Si quid profeceris apud Drétam mea caussa; eriges me prostratum. Frustra minor commercia: iam sero est. Maturius debuisses incipere, uti Revitzkius; in quo habendi libido ita omnem Jesuitae speciem exstinxit; ut ne umbram quidem superstitem meo videas. Sed gravius est urgenda apud Drétam res multo facilior. Quidam Andreas Fajner, qui tibi Gödölini saepe adstitit, ut clericus Agriensis, mutato hoc statu factus est Linguae Hungaricae infelix Professor, primum Jaurini, deinde Budae. Homo vitae integerrimae, sed valde pusillanimis nactus est Collegas inhumanos, et feroces. Ad animi aegritudinem habuit miser et corporis morbos varios. Non benigna ratione detrusus est de statione, spe accommodationis. Iam in quintum annum vivit miserime; oberrat, ut mendicus; in summa desolatione fere contabescit. Frustra ipsum commendavi Novákio. Frustra pulsavit apud Jaszoviensem Paepositum, frustra apud Quinqueecclesienses, Agrienses, et alios pinguiores Sacerdotes. Obsecro vos, per viscera misericordiae aeternae, misereat vos hominis undique derelicti. Foveat ipsum Benignus Dreta, dum reviviscat, et se pro aliquo officulo aptum ostendat, in tanta familia. Multi epulantur illic sine merito. In hoc paupere Christum ipsum est hospitio excepturus Bonus noster Dréta. Quaeris de Tentamine meo. Successit quam optime. Juventus mea animata Illustrium Virorum frequentia solatium mihi attulit incredibile. Aderat in hoc tentamine cum voluptate Comes Georgius Festetits; qui mihi subsidium dedit 50 florenorum. Rectoris Magnifici Decanorum, et Collegarum solito numerosior praesentia, ornavit actum nostrum. Amant me omnes, et aestimant. Succurrunt, et applaudunt conatibus meis. Gloriam, quem refero ex lucubrationibus communem faciunt: laetantur hos in Universitate prodire in lucem. His vivo solatiis.

Perscripsi haec Viennam Patrono, in responso meo ad recentissimas eius literas, plenas amoris, plenas benignitatis. Sed tu tecum communicata non cuituis pandas, praesertim malevolo: ne me ob loquacitatem

indignum putet favore suo, et praecipue literis. »T. Úr nemzetünket oly kintssel gazdagította meg, mellyel talán kevés nemzetek dítsekedhetnek. Nem is tudom, micsoda nyelvnek volna annyira kifejtve tulajdonsága, Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt. Az első kötettel már az előtt Paintner Prépost úr megajándékozott, későbbben pedig T. úr, is: melyért nagy köszönetet mondok, és adósa maradok. Kikérem pedig a többi részeit is, el nem mulatom teljesíteni kötelességemet. T. Úr alig lépett a Professori hivatalba, már is remek munkát ereszt ki. Utinam haberet plures imitatores! Meg köll esmérnem artza pirulással, hogy nálunk a tudományoknak becse, és jutalma, a mint T. Úr jól sajdítja, nintsen illendő mértékében; és a Tanítók inkább tarthatnak számot a jövődónek hála adására, mint a mostaniaknak. Noha bizony most is nem régen Felséges Urunk avval igen nagy tanbizonyosságát adta, melly igen kívánja az oktatókat megjutalmazni: midőn kegyelmesen megparancsolta, hogy a Cancellária mondja meg vélekedését, miképen lehessen a gazdagabb káptalanokban a stallumokat szaporítani; hogy azoknak, kik az Universitasnal ditséretesen tanítanak, jutalmat rendelhessen. — A bál adót várom a napokban: reményilem a Magyar nyelvnek »elé mozdításában is bőkezűségét.« Tantum est, quod et te oblectat. *Bál adó* est Sigismundus Horváth, qui Budae una nocte 6000 florenos impendisse spargitur ultimis Bacchi feriis, dato saltu solenni. De quo nunc sic rescripsi, ad cudendum ferrum, dum calet. Tisztelem a Méltóságos Békes Fő Ispán urat ő Nagyságát. Ha annyi százat ad egy könyvemnek ki nyomtatására, a' mennyi ezret költött egy éjjeli inneplésre: olly hatalmas illuminatiót gyújtok dedicatiomban, hogy soha el nem alszik nevének fennmaradó ditsősége.

Schedius te perhumane reveretur. Socii res iam defecerunt. Eius effigies nunc imprimitur: ea tibi lubens gratificabitur. Animadversiones tuas accipiat cum voluptate. Perficies et istas animo tranquilliore, moerore leuito. Sic sumus nati homines, ut vicissitudinibus iactemur. Orationem tuam in funere Fengleri non legit, quod valde miror. Leget nunc, et eius quoque mentionem faciet, qualem meretur, insignem certe. Is erat, Tentaminis mei Praeses, a me, et Juventute mea delectus: quo honore valde exultat. Salutem te Báró Schaffrat, iam restitutus; meus item Servator Szombathius; deinde amici alii. Forti esto animo, vindica te Patriae: mitte fucos otiosos, ventri, el mammonae deditos. Inglorii morientur; nos famelici, colaphis caesi perennabimus. Vale, et me ama tui amantissimum. Pestini 14 Martii 1804.

Prolusiones meas serius edam iusto volumine, per politas, et castigatas. Placent illae, dum perorantur; editae vix placiturae. Nosti criticos inhumanos. Habent, quod rodant. Tot rebus modo equidem non sufficio.

86.

Nicolaus Michaeli Suo, Amico Svavissimo, Solatio a Deo, solatiorum omnium Fonte.

Pransus sum hodie cum Schafratio apud Fratres, tui memores, tuique pro merito observantissimos: quod Vir sis, siue partium studio,

recti, aequique amantissimus. Venerantur te omnes. Schafratius vero gratificatur etiam suis Iustis Solemnibus. Si haec tuo iudicio probata fuerint, perinde habiturus est, ac si totius orbis iudicio probata fuissent. Tanti re facit. Commendo tibi sortem miseram desolati Fajnerid. Esto et huius Pater, ut es Orphanorum. Vale, et me ama tui amantissimum. Pest, 18 Martii 1804.

1804. 20. febr. Installatus Custos Jaur.
Régiben el temetők szeretett atyavéredet Imrét,
Kelcz János Prépost, és Fületinczi Nemes
Jézusi Társaság, és káptalan ápolá kettőt,
Vér, szerzet, papi rend mindenitekben egyez
Püspöki Szkófiomot nem nyert; vala érdeme rája
Bátyádnak, mit üzent? Kuzstosi öttse vegye.¹

87.²

Nicolaus Michaeli Suo Salutem P.

Molestissimum habui totum mensem Martium et Aprilem. In continuis hemorroidalibus et rheumaticis affectionibus exegi tam longum hoc tempus. Oculorum, sanguine suffusorum, ruborem aegre potui depellere vel mense Maio, continuo licet medicamentorum usu. Sic mihi affecto, nec licuit, nec libuit scribere. Habes itaque excusationem longae cessationis. De pueris quae scripsisti, nihil moror. Potior mihi est mea libertas, et tranquillitas, quam ut metu sermonum vulgi, in me utique nunquam benigni, sub onere gemam, quod circumstantiarum ignoratione male assumsi, non delegi. Sapientis est consilium mutare in melius. Ideone alam, et educem proles potentum, ut ego pauper, in hac praesertim rerum omnium enormi pretio, non modo nihil lucri referam, sed debitis etiam profundius immergar? Et re mea sic cadente, etiam ne ita praeterea desipiam, ut otium, et tranquillitatem meam, ingratum curis consecrem, nobilioribus occupationibus multo laudabilibus impendendam?

Quantum Patriae fulcrum erigam in Horvátho? quantum in Festetisio? Ille gentili tarditate fratribus nil promittis excellentius. Iste alter matris et aviae blanditiis corruptus, iam in Theresiano nequam nobile ingenium malitia, aetatem superante depravavit; futurus, more magnatum, helluo, pergraecator, famulorum, et subditorum carnifex. Et istum quidem, talem mihi praecognitum iam mense Novembri dimittere voluit. Futuro quidem anno non habebam amplius etiamsi mille florenos pollicea. tur pater. Horváth sumtuosus alias, praesertim inter magnos, sed in prolium educatione male parcas, et fere avarus est. Quod illi Viennae a Somogyio, Almasio, Josepho Nagy Canonico Sabariensi, per elegantem iocum satis obiectum est inter epulas, ea mente, ut me hominem, quo ille se felicem iactabat, paullo liberalius haberet. Sed experior fabulam

¹ Ezt a kis alkalmi verset, melyet valószínűleg Révai készített, Painter jegyezte e rövid levél hátlapjára.

² Ez a levél bár a gyűjteményben rendes folyószámmal van ellátva, nem tartozik ide; mert időrendben korábbi dolgokról és Révay sopróni tartózkodásának idejéről szól.

surdo fuisse decantatam. Si se ille non emendat, et ego perseuerabo in tuenda mea indemnitate et tranquillitate. Mirabar Belnaium literas ad me datas ad te direxisse: qui probe scierit me iam Sopronii degere, cum me hic mense Octobri hospitio meo inviserit, et carmina mea hinc missa cum literis meis mense Maio acceperit. Mihi hoc videtur voluisse isto errore; ut tu ex ipsius epistola legas ipse eius de te iudicium, et exspectationem tui operis. Multas tibi gratias ago de opera tua apud Budenses pro me interposita. Percepi tandem pecuniam integram cum fine mensis Aprilis. Novákii, et Schwartzlii, foedissimorum hominum molimina Budae ne assumpta quidem fuisse videntur. Usque 4-tam Januarii, qua die Jubilatio mea in Cancellaria promulgata est, spectatus sum in categoria Professoris, licet a prima Junii non docuerim, propter fractam valetudinem: a 5-ta vero iam in seriem Pensionatorum relatus. Utriusque tituli ratas partes levavi ex Csornensi Cassa filiali, universim flos 290 xros 10. Prima Maii in amicis litteris nostri Mártonfii accepi flos 100. Tanta ergo pecunia, flos 390, xris 10, continuis his aliquos diebus releuatus, expunxi illico debita, et inclementia temporum vix tantum mihi superest, qua aegre terminem annum hunc scholasticum.

Nulla von nulla gehet auf. Sopronii nulla spes est facillioris vitae. Praeemptores hic regnant, incuris Magistratus, et Lutheranorum in primis summa est avaritia. 300 floreni hic mihi non sufficiunt. Ne qua stipendia sunt frequentia. Monialium Confessarius solet mihi succurrere: dat sacra a 20 xris. Deo gratias! praestat vel hoc, quam nihil omnino. Praestolor meliores circumstantias: et locum mutabo. Liber utique esse volo nulli loco alligatus, etiam literariae peregrinationis caussa. Modo, restituta aliquantulum valetudine totus sum iterum in antiquitatibus meis Hungaricis. Satis sum feriatas tres integros menses, quod tuli aegerrime. Sed oculis debui parcere. Episcopum meum iam salutavi. Ad carmina mea, in quibus tu pro meo affectu tibi debito regnas, iam dudum scribi iussit per Granerum: »Sua Excellentia Episcopalis, ubi Rakosinum venerit,« coram contestabitur, quo animo grato, et acceptaverit, et legerit adnexum opusculum, cuius praestantia, non alio, quam Révaio digna est auctore.« Sum apud ipsum loco adhuc veteri. Somogyii laetitiam de versibus meis communicavi cum Mártonfio. »Kedves drága Tisztelendő Uram! Két rendbéli kedves levelét, a mint szoktam, örömmel vettem. Az elsőre megpirultam, olvasván, hogy Tisztelendő Úr sok fáradozásinak elvett nyugodalmas jutalmát nekem köszöni; holott azt csupán a maga tetemes érdemeinek, és a legkegyesebb Felsőleges Urunk kegyelmének tulajdonéhatja. »Én tsak azt kívánom, hogy számos esztendőig azt egészségben jó kedvel tölthesse, és így mindenkor Hungaricos concinat ille modus.« Mivel pedig éppen erről vagyom a szó, ki nem mondhatom, melly igen tetszett Méltóságos Erdélyi püspök ezen ékes gondolatjának a deák versekben való elől adása. Méltóságos Püspök Rosos is álmélkodva olvasta. Én tsak attól félek, ha a Deák Szűzek is Phoebus sententiáját feljebb appellálják, vagy ismét uj pert kezdenek, az illyes darabok be mutatásával hasonló just a Magyar Szűzekkel ne nyerjenek :

mert lehetetlen, hogy Tisztelendő Úr betegen írta volna azokat. Azonban mind azért, mind a többi legékesebb darabokért igen különös köszönetet mondok: Denistről igen méltó volt olly ékesen emlékezni: kinek neve és ditsérete, meddig a szép tudományok fen maradnak, mindenkor megmarad.« Neostadium excurri cum Herulis ad videndam Contractionem Insurgentis nostri Exercitus. Conveni illic cum quodam Canonico Hungarico: qui tibi invidit honorem meorum Carminum, aperte indicant cupiditatem eorum: si ad eum divertissem in curanda mea valetudine aequae eadem me habiturum fuisse apud eum benevolentiae, et hospitalitatis Argumenta. Domine mi! sic illi reposui, cur antea non eandem excitavi in me fiduciam, ut sic secure ad re venissem, quam in me Painterus meus iam dudum excitavit, et fovet constanter annis iam viginti quinque? Virtutem diu cognitam amo, et celebro. Audio Grossingerum aliquid de me scripsisse propter Denisii celebrationem, sed quod ego carmen nondum vidi. Sanyensis Poetae versiculos tecum communico. Utinam et Majlathii animum, subito propensum, sed non etiam mutatum perscribere possem! Acceptis versiculis, ad liberalitatem excitatus, dixit se aliquid missurum per eorum adlatorem Canonici Horváth nepotem, Episcopi nostri Provisorem Rakosiensem. Adfuit hic die altero monitus a Patruo, sed Praepositus nescio quas occupationes est caussatus, et in hunc usque diem occupatur. Tu, si quid iocari posses opportune, rem mihi gratam laceres, ut ipsum de largiore manica celebrare valerem. Lege nugas meas cum Mártonfio.

88.

Nicolaus Michaeli Suo Salutem.

Scripta tua, et Carmen de Illuminatis, ab Eggenbergero mihi traditum, illico ad Schedium detuli. Ille, cum te magni faciat, colat, et observat, officio erga te suo non deerit. Rauschium munere Jaurinensi se abdicare velle iam scimus: quod Fratres Canonici Posenienses, nescio qua lege peculiari, ipsi absentibus tantundem de proventibus detrahunt, quantum ex Directoratu percipit. Hanc ille iacturam aegre fert. Occupationem publicam non deprecatur, modo laborum proemia non ipsi subducantur. Videtur se offerre pro eodem munere in Districtu Poseniensi. Quid tum fiet Szapárió? Budae nunc moratur Tumor Jaurinensis de Arca Laeva in Seminarii negotio propter testamentum Dongóianum. Nosti hominem ambidextrum: hic ille Sinistra Manu agit una de Successione Regni decedente Rauschio; nisi obstet Dente Cruentus Aper, ad revomendas siliquas porcorum nondum plene deglutitus. Ita isthic loquuntur. Credo non defuturos, qui te iterum provocent. Mea quidem vota pro te sunt, item bonorum omnium, qui et te probe noverunt, et bonum publicum promovendum exoptant. Eventum revera cupide exspecto. Martinus Kovatsits gratificatur tibi Nuncio suo, quod hic acclusum transmitto. Nuper admodum me invisit rogatu cuiusdam amici, quem nominare noluit. Retulit huic Graecio literas esse scriptas a quodam venerando Senecione Jesuita: qui cupiat scire, quid tu agas qualia opera edideris. Dixi, quaesivi: Zamagnae Navim Aeriam cum tua Praefatione; Solennes Dictiones, Zirtzensem, et

Jaurinensem; Fugientia quaedam in Opere Periodico; Excellentem demum Apparatum Bibliothecae Jesuiticae. Si qua me latent, eo velim perscribo Tu Graecensem Senecionem nosces utique, cum Fratrum fidelem habeas memoriam. Cum Kitajblío nuper sum de te locutus: qui te amicissime salutatur, item et Schönvisnerus, tui semper memor, quoties ad Bibliothecam venio. Ama me tui amantissimum, et vale. 3. Junii 1804.

Jam obsignatam habui epistolam ad te datam: cum mihi allata est Takátsiana per famulum Eggenbergerianum. Eam vix potui perlegere, iam ad Collegium ire debui. Conveni illic cum Schedio: qui mihi epistolam itidem Takátsianam exhibuit ad se scriptam. Nubes grandae concurrerunt: tua terrificans, et exostulans; mea per tuam incitata; Takátsiana querula, et beneficium exprobrans, eaque duplex. In hac pugna fiunt coruscationes, eduntur tonitrua. Futura est certe etiam exoneratio. Sed quae postea serenitas ventura? Ego vos iam audivi; et vos me audite, quo dolore doleam, novo, et antiquo. Rupto sigillo, epistolae priori adiicio et alterum hoc schediasma. Obsecro vos, si amici estis, ne viliter mecum agatis. Ego iam elocutus sum mea. Quidvis porro sequatur, altum tacebo, et me in proposito labore meo turbari non patiar. Multa restant ante mortem superanda: cur ista litibus impediuntur? Puto et vos ea esse de me sententia: ut pace perfruar ad tantos, quos mihi sumsi, labores feliciter exantlandos. Alii quidem mitiores arbitri, si mihi non blandiuntur, sic vulgo loquuntur: ad hoc, quod orsus sum, si ego eripiar, alium non futurum in Patria tam aptum, tam feruidum. Damnant hostes meos priores, qui Patriae commoda invide hactenus remorati sunt: valetudinem, et tranquillitatem exoptant. Patriae vivo, non mihi. Franciscus Frey est Praefectus Junioris Comitatus Wenckheim, cuius Tutor est Illustrissimus Somogyius, Patre anno superiore e vivis erepto. Junxit nos Institutum Scholarum Piarum, et amica consuetudo in Collegio Karolyiensi.

Origine est Jaurinensis, et ad dioecesim eandem transit impetrata secularisatione, eodem, quo ego, tempore. Vix optimus. Oblectemur vero rebus etiam iucundioribus; alibi serenius est coelum. Accepi Jaurino duas epistolas, alteram a Rajnisio, alteram a Tumpachero meo, eodem prorsus die, quo tuas. Has tecum lubens communico.

»Révainak boldogságot kíván *Rajnis*. A Parnaszszusomnak, és Virgiliusomnak tsinosgatásában foglalatoskodván, még ugyan reá nem érkeztem: hogy az imént nyomtattatott könyveidet általolván. De elég az, hogy ezek Révainak szüleményei, melyeket tsak azért is nagyra bötsülök. Ha mi van ennek, a mire nézve külömbözünk; abban olly módot fogok találni, hogy perlekedés nélkül megegyezhessünk. Élj. Barátom! és sok esztendeig örülj ditsőségednek, melyet magadnak szép munkáid által szerzettél. Győrben, Bika havának 12 nap. 1804 eszt.«

Josephus Nicolao Suo Svassimo S. Quod opus industria, eruditione, ingenioque tuo dignum mihi transmiseris, ago tibi gratias, quas possum, maximas. Superasti exspectationem, quam non vulgarem fovi, de opere hoc, cuius ante annos velut prima lineamenta mihi adumbraveras. Miratus sum non minus tuam in his salebrosis tractandis dexteritatem, ac stupendam laboris patientiam; prorsusque mihi e paucis hucdum

delibatis persvadeo, neminem fuisse in praesens; qui seu linguae naturam tam fuerit profunde scrutatus; seu tantum adhibuerit exterorum subsidiarum apparatus. Quod cum non postremum sit meritum, inde tamen maiorem puto laudem tuo accidere ingenio: quod sterile, et insipidum plerisque argumentum ita ornasti; ut grammatices taedia philosophica velut tractatione condires, ac prope depelleres. Vale. Die 12 Apr. 1804.

Baro Schaffrath te reveretur. Accipies proxime ab eo literas polixiores. Mirum in modum placuit Venerando Senecioni sententia tua, de affectu, et pietate in Cineres Prayanos. Multum te diligit.

89.

Nicolaus Michaeli Suo, Amico Svavissimo.

Jam tuto gaudeamus de re nostra feliciter superata. Quod boni omnes iam dudum optarunt, quodque bonum, faustum, fortunatumque sit, et cedat ad maiorem Dei gloriam, Patriaeque emolumentum: es revera Superior Studiorum Director per Districtum Literarium Jaurinensem, et Quinqueecclesiensem. Indignor amicis Viennensibus: quod rogati hoc mihi solatium non illico perscripserint. Tui, credo, erant in hoc vigilantiores; neque novam sibi rem scribe, sed gratam tantum modo a coniuncta amici animi laetitia, et sincera congratulatione. Ego fontem huius solatii, per Praelatum Somogyium, habeo ipsum Semseium Personalem Praesentiae Regiae, qui literas Vienna accepit, inter alia, et hoc nuncio mihi iucundissimo signatas. Dies Sancti Andreae sacer me hoc gaudio cumulavit, mane hora septima, qua ad Missam celebrandam cum Praelato Somogyio quotidie convenire soleo. Eodem die consuevit Rector Universitatis solenniter eligi. Ad quam functionem cum serius confluissemus hora decima, gaudium meum dissimulare non potui. In frequenti Literarum Virorum corona, ante solennia nostra, hanc Promotionem Literariam laetus promulgavi: laeti omnes audiverunt, praesertim qui te propius norunt, qui te colunt, qui te amant, Fratrem Socium, Amicum, Literatum Fautorem, et te ipsum Literatum. Consecuta omnium congratulatio, consecutae piaee omnium comprecationes: Vivat! Deus ipsum diu incolumen servet literarum incremento, et dulci praesidio!!!

Jaurini audio iam plena fuisse omnia exspectatione certissima: ut ille Tumor Sinister tanto isto honore, altius, latiusque distendatur. Fidem rei conciliavit factum Excelsae Cancellariae: quae togis circumscita, iisque moliminibus obruta, quae acheronta moveant, hoc insigne Factus et Arrogantiae Monstrum, reiectis ceteris candidatis, solum, et unicum proposuit Maiestati. Credulitas ergo Jaurinensis persvasa erat: hoc tanto conatu alium fieri non posse. Sed ille de Status Consilio, qui *inter competentes te aptiorem nullum novit*. Maiestatem flexit ad te nominandum omnium aptissimum. Ventus Albensis eo die, quo redux Albam veni, Viennam properavit, ad se tracturus omnia, suo praesertim sermone doctissimo *de prioris mundi vestigiis*, de *sententia perite lata* in causa matrimoniali. Aegre potui vel 50 florenos ad priores 40 ab eo extorquere. Reliquos 600 iam perdididi de eius promisso priore, quum est Canonicus factus.

Annus 300 a Directoratu acceptare non potui vel Perkatensio Parochi sententia deterritus: qui intrepide asserebat Stultum a Cancellaria Directorem proponi non posse. Cum patrono iocatus sum per literas, quando et tuum moerorem perscripsi satis mature: ut mihi tantam hanc iacturam via alia resarciat. Si Antonio grata erat mea delineatio, multum gaudeo. Silesios cum Davide Hungaro Vienna esse remissos valde laetor etiam Antonii caussa: cui molestiae fuissent enatae non mediocres, si eos iam Zirtzium, advenientes denunciare debuisset. Initia tua tam iucunda rebus meis non iucundis non lubet, quasi nube aliqua, contenebrare. Sed tu res meas scire aves. Febrium reliquiis et nunc afflictor: febris lenta catarrhali, tussi molestissima, et sudore imani; quae me mala vespere obruunt, noctemque totam reddunt miserrimam. Decessit nunc rheuma ferox in brachio, et pede sinistro. Obruor interea laboribus, non modo meis, satis utique onerosis, sed et aliis aliunde mihi obrutis.

Trattnero dedi florenos 200, quos mecum attuli; haeret tamen editio, et quartus quidem tomus, Deus novit, quando sit lucem visurus. Pecuniam Martzibányianam impensam tomo tertio restituere debeo in tomum secundum antiquitatum. Utinam Veszprimiensium munificentia non fuisset dimidiata in his incoeptis tam arduis! Budam transire non dum potui ob aegritudinem. Inde ergo nihil scio. Sed excludor tempore. Plura alias. Vive felix, et fortis in novo tuo munere! et me ama porro etiam. Pest. 2 Dec. 1804. Revereor humillime Illustrissimum D. Episcopum, et Praepositum Maiorem. Saluto, et exosculor Takátsium, Dretam.

90.

Nicolaus Michaeli Suo, Amico Svavissimo.

Heri, in praevigilio Sancti Patroni mei, mane ante collegium, exhibitae sunt mihi literae Buda scriptae manu amica, plenae gratulationum et votorum, te iam Superiorum esse Directorem. Scitur itaque haec tui promotis iam et Budae. Post prandium, affixus mensulae meae scriptoriae, ecce et alteram accipio epistolam Vienna missam ab ipso Patrono. Votis pro die onomastico depromptis adiecit solatium, quo me certo tripudiatum probe novit ex arctissimo nexu nostro. Quanta dignatio! Az Úr Isten tartsa, és boldogítsa ezután is: hogy számtalan Szent Miklós napját érhesse, és vigan szentelhesse olly örvendetes híreket hallhasson, mint a' millýent én most jelentek: hogy tudni illik *Paintner Rátóthi Prépost Úr Győri Districtusban Fő Directornak nevezetett a' Fölséges Urunk által*. Moerorum tuum perscripsi mature, uti perscribendum iussisti, ex malitiosa Sartorii Tumoris machinatione. Rescripsit, Patronus ad istam quoque portem. A' mit T. úr irt B. felől, kételkedem annak valóságáról: legalább én legkisebb nyomát az ollyatén lépésnek nem tapasztaltam, és így meglehet, hogy az a hir is költemény volt. Expertus sum mentes altiores abhorreere ab humili talium criminorum animo, et molitione. Puto ergo iam in principio ab ipsis illis matronis, quarum favor prensabatur, reiectas fuisse viles istas rationes fortunae promovendae. Vel certe negat Patronus quidquam tentatum fuisse, illa, quae Virum Aulicum decet, prudentia, ne inter viros

dignitate conspicuos, in eadem praesertim orbe, aliquis furor gliscat, et animi indignatio, facile in apertas similitates eruptura. Tu quidem vindictam habes cumulatissimam; et ille, siquid vile molitus est, poenas luit gravissimas: quod remotus sit a re, tam cupide, tamque perditae quaesita. Te ergo Virum esse volo magnanimum; qui noris dissimulare, et hanc iniuriam, et alias quascunque oblocutiones, futuras certe non modicas. Magnum enim est, et excelsum: quo te eluctatum fremit invidia. Sed imbellem faciunt merita tua insignia, clara, manifesta, et quotidie majus incrementum captura in posterum tua prudentia, tua gravitate moderata tuo fervore, tua vigilantia, tua charitate paterna, tam erga Professores ipsos, quam erga Juventutem, Spem Patriae, tuae sollicitudini traditam. Tuum ingressum cupio, gravitate, et amore temperatum esse. Sunt tibi ad hoc multa praesidia ab ipsa natura, ab usu, rerumque cognitione latissima: svavitas oris, et eloquii, publica auctoritas, communis omnium exspectatio, propensus in te omnium animus. In osculo publice dando adolescenti omnium optimo, iuventutis principi, de quo locutus es in confabulatione amica, video aliquid inesse adversum dignitati tuae, imo et noxium famae. Exultant Professores tuo Directoratu. Sed in Polono Hirschio, Prodirectore tuo, observasti quoddam frigus. Hic primus erit, qui osculi levitatem palam exprobraturus est. Alius fortasse longius procedet, et spurcitiem aliquam Novákianam malitiose interpretabitur in re innocentissima. Omittes ergo hanc teneritudinem maternam: induesque potius paternum aliquem rigorem prudentem, necessarium ad perpurgandum Augiae stabulum, reliquias Quinqueecclesiensis malitiae; cuius auctores, et fautores, erant ipsi Professores nonnulli, tua sapientia reducendi, vel coercendi. Haec, velim, boni consulas, profecta ab animo rerum tuarum studiosissimo.

Diem onomasticum habiturus eram satis tristem, partim ob rheumatis ferociam adhuc saevientem, partim vero, imo quam maxime ob temporum iniquitatem. Pestini sum pauper, et egenus, in nido crudelium foeneratorum, insatiabilium hirundinum. Sed repetito hoc nuncio, de tua dignitate iam certissima, voluptatem capio liquidissimam, et laetitia exulto quam maxima. Prandium erit mihi hoc tantum nomine iucundissimum: quo me Praelatus Somogyius ita hodie excipit, ut illi adesse velit amicos meos Markovitsium, Kelemenium, quosdam Fratres in Patre Calasanctio. Pocula evacuabimus, inter gratulatione, et vota, pro tua Superioris Directoris incolumitate, meaque tui amici sorte aliqua meliore. Fortasse ridebimus leviter lusam spem Sartorii Tumoris, acheronta moventis, clientis togarum propudiosi. Ignosces mihi, quod hucusque neque Carmina mea, neque Diploma Graecum a Szerdahelyio editum, neque responsa ad sciscitationes ex Schedio, tibi transmittere potuerim. Faciam proxime adiectis rebus nonis, tibi, ut spero, non ingratis. Cum fine huius mensis absolvam Sacra, mihi ab Ugodiensi Parocho Boros amice data. Rogo te, velis adlaborare, ne hoc beneficio deficiam, procurato mihi subsidio ex thesauro Kis Martoniensi. Pestini valde egeo. Sed iam vale quam optime. Obruor a saluatoribus, complere chartulam nequeo. Plura proxime, tuis praesertim literis provocatus. Pestini 6. Dec. 1804. Takátsium nostrum disvavior, item et Dretam.

Ez az utolsó levél, mely gyűjteményünkben megvan Révaitól.

Miódön ezeket a leveleket sajtó alá rendeztem, az igazi, hű barátság és egy valódi Maecenas mintaképe szövődött elmémben és mondhatom leirhatatlanul roszszul esett, mikor a levélváltás megszakadása után kutaván, ez a szép álmkép szétfoslott.

Még ugyanazon év (1804) december 24-én kelt és Mártonfi József erdélyi püspökhöz intézett levelében Révai örömmel írja: »*Paintner Barátunk* Fő-Directorrá lett a Győri és Pétsi Districtusban. Örvendek előmenetelének, mert a Piaristákat is szereti; mint Te Erdélyben. Ne hagyjátok el szegényeket, mert jó munkások az Urnak szőlőjében. Dignus est operarius mercede sua.¹

Azóta nem akadtam más vonatkozásra közte és Paintner között. Végre 1807 január 7-én kelt és Révai halála előtt utolsó levelében, melyet Mártonfihoz intézett, ő maga adja meg a felvilágosítást következő kiméletlen kifakadásban:

»*A mult nyáron*, tehát 1806., inséges állapotomban igen is esedezőképen *Paintner*-hez folyamodtam, hogy segítene szegény fejemen. *Megbántottam* szerencsétlen kérésemmel. Dühödő haragjában mocskolt mindeneknél, pap társainál, a professorok, sőt asszonyok előtt a társaságokban: fenyegetőzött, hogy bolond kérésemet megbünteti örök megvetéssel és engem többé soha sem méltóztat levelére. *Ilyen a német ember!* Édes Mártonfim! Magyar vagy Te, azért édes nekem a Te Barátságod... Minden jótéteményét keményen megfizettete velem a dicséreteken kapkodó *emberke*. Oly környülállásokban voltam, hogy Fő-Direktorságában segítő eszköz lehettem. Édes Mártonfim! ebben való fáradsággal kellett az utolsó fillérig mindent pogányul lefizetnem. Nem elégedett meg velem, hogy sokféle irtam dolgában: megkivánt minden beszélgetéseket, a hol csak szóval folytathattam ügyét. Irgalmatlanul megfárasztott. Ő Fő-Direktorrá lett, ennélfogva kanonokká is — s engem farba rúgott!«²

Paintnert valószínűleg az tette türelmetlenné szegény Révaival szemben, hogy folyton-folyvást anyagi támogatásért zaklatta. Fönnebb láttuk, hogy egy ízben éppen e miatt hosszabb időre megszakadt köztük az érintkezés; de ez alkalommal már egyszer s mindenkorra végeszakadt köztük mindennek.

Révai még ugyanez utolsó levelében írja Mártonfinak: »Nyugodalomra és halálra kéredzem« és ismét támogatást kér a püspöktől: »Meg ne vesd kérésemet. *Haldokló* barátod esedezik!« Ezek voltak utolsó szavai.

És csakugyan e levelét 1807. január 7-én írta és ugyanez év április 4-én jobb létre szenderült.

Kibékült-e halála előtt Paintnerrel, kit 1780 óta »Kintsem, Leg³

¹ »Hazánk« 1858. évf. 366. l. Török János szerkesztő itt jól jegyzi meg, hogy Révai a kegyes tanítórendnek haláláig hű tisztelője maradt; bár szabadabb mozgathatási vágyból ki is lépett annak kötelékéből. Ez valóban szép jellemvonás Révainál, ki nagylelkűen felülemelkedett a rend kebelében egyesektől szenvedett sérelmeken, a rendet, mely őtet megérteni nem tudta, a maga összességében nagyra-becsülni meg nem szünt.

² A m. tud. akadémia kéziratárájában.

kedvesebb Barátom! Amice Constantissime, Sincerissime et Dulcissime!« megszólításokkal czímezett leveleiben — és kinek haláláig hű barátjának nevezte magát: — örök rejtvény marad!

Közli: DR. RÉCSEY VIKTOR.

TOMPÁNAK EGY FIATALKORI VERSE.

Tompa legelső versét állítólag 1837-ben »Kandalló« czímmel Sárospatakon írta, mely néhány mással együtt a pataki coll. emlékkönyvében maradt meg. Az első költeménye, mely nyomtatásban megjelent, az »*Alkonyatkor*« czimű verse volt, mely az »*Athenaeum*« 1841. jun. 29-ki számában látott napvilágot, s nem a »*Mohos váromladékon*« czimű románcz, mint azt Szász Károly T. életrajzában (*összes költeményei* I. köt.) említi. Mert e költemény, az »*Athenaeum*« jul. 1. számában jelent meg.

1841-ben Fáy Ferencz a sárospataki collegium gondnoka a debreczeni váltótörvénytörvényesség elnökévé neveztetvén ki, a sárospataki tanulóifjuság egy kis emlékfüzetet adott ki tiszteletére következő czímmel: *Hálaemlék, mellyet Méltóságos Fái Fáy Ferencz úrnak, a debreczeni váltótörvényesség Elnökének tiszteletére hű gondnoki atyáskodásáért szentele a sárospataki tanuló-ifjuság. Sárospatakon, 1841.*

E 11 negyedréttű lapból álló füzetben *Miskolczy Mihály* hittudom. hallgató, *Tompa Mihály* bölcselked. hallg., *Sebők Károly* hittudom. hallgató és *Nagy Ábrahám* hittud. hallgató írtak bucsuzó verset Fáyhoz, a ki

. . . legnemesebb gyönyörét a Pimpla' vidékén
Muzsasereg köriben keresé, s föllelte Patakban,
Serkentvén szeliden a gyöngyéd érzetü keblét;

írja Miskolczy Mihály versében, s kívánja,

Hogy mit benne Patak' Múzsája veszite el, azt a
Testvér Debreczen' Astraeája találja föl, egy bölcs
És hű buzgalmú intézőt a közügyekben.

Tompa költeménye e füzetnek 5—7 lapját foglalja el s Miskolczy verse után következik. Sem összes költeményei közé nincs fölvéve, sem másutt nem jelent meg; ezért nem fölösleges dolog, ennek közzététele:

Zugó viharral küzdő oceán'
Hullámit, és a felhevült kebel'
Érzelmít, mellyben öröm s szomor
Csatára kelt; életvalón ki tudná
Élettelen lapra átönteni?
Nagy Férfiu! mig ajkaink meleg